



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1783**

**VD18 90119304**

§. 49. Summi Pontificis & Sacrarum Congregationum decreta & decisiones.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

Sæc. XVIII. missionem cordis & animi pollicens  
 A. C. 1721. cum ergo a suo Superiore provocatus  
 se subicere nollet, instructis judici  
 actis ad perpetuos damnabatur carce-  
 res, ast ejus Parente ad Parlamentum  
 recurrente inde liberatus est. Tam  
 ingens turbarum, malorumque ince-  
 dium suscitavit unica scintilla, quæ  
 a quibusdam privatam suam recensentem  
 excoctam opinionem tuendi pruriginem  
 fuisset insufflata, & ab aliis sese oppo-  
 nendi ac contradicendi studio propa-  
 gata, facile in primo ortu extingui  
 potuisset.

## §. XLIX.

*Summi Pontificis & Sacrarum Con-  
 gregationem decreta ac de-  
 cisiones.*

*Bull. magn. Const. 104. Innoc. XIII. p. 215. 423. 385.*  
 Publicis Ecclesiæ negotiis per Cle-  
 mentis XI. obitum intercisis par-  
 cas Innocentii Constitutiones, & sacra-  
 rum Congregationum decreta reperiri  
 est: Exstat tamen ejusdem summi Pon-  
 tificis Constitutio die vigesima septima  
 Novembris edita, qua confirmavit gra-  
 tiam Urbini Civitati a Clemente XI.  
 factam, vi cujus unus ex hujus Urbis  
 civibus, qui in illius Universitate Docto-  
 ratus laurea suscepta Collegio Docto-  
 rum Ejusdem Civitatis adscriptus est



fixum inter Auditores Rotæ Macerata-  
 tensis locum haberet: cum autem Cle-  
 mens XI. Papa morte præventus literas  
 Apostolicas super hujusmodi gratia ex-  
 pedire haud potuerit, hinc Innocen-  
 tius XIII. declaravit, ut omnia a suo  
 Prædecessore hac in re facta eundem  
 fortiantur effectum, perinde ac si super  
 illis ipsius Clementis literæ fuissent  
 confectæ, pariter etiam confirmavit  
 omnia Privilegia ac indulta, quæ olim  
 Romani Pontifices præfatæ Universi-  
 tati & Collegio Doctorum concesserant.

Quamvis Concilium Tridentinum  
 Sess. 24. c. 18. vacante Parochiali Ec-  
 clesia concursum indici statuisset, cum  
 tamen examinis in hoc concursu per-  
 agendi norma & methodus certa non  
 fuisset præscripta, ac propterea magna  
 examinum diversitas, & querelarum  
 occasio inde exorta fuisset, hinc an-  
 nuente summo Pontifice Congregatio  
 Cardinalium Concilii Tridentini Inter-  
 pretum die decima Januarii, voluit,  
 „omnes & singulos Episcopos aliosque  
 „Prælatos, penes quos sit jus, & au-  
 „toritas faciendi concursum, hortari,  
 „ut examen ejusmodi instituire non  
 „graventur, quale jam & multæ diæ-  
 „ceses, & Urbs ipsa observat, atque  
 „Apostolica etiam Dataria postulat, sive  
 „cum, Sede vacante, vacat Ecclesia

P 2

aliqua

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1721.



Sæc. XVIII. „aliqua Parochialis, cujus Collatio  
A. C. 1721. „Sedem Apostolicam pertineat; sine

„cum vacat Parochialis aliqua, ut de  
 „citur juxta Decretum, siue demum  
 „cum vacante in Collegiatis, aut Ca-  
 „thedralibus Ecclesiis dignitate aliqua  
 „majori annexam habente curam an-  
 „narum, faciendus est concursus, in  
 „que ad Apostolicam Datariam trans-  
 „mittendus, ut notum est, atque  
 „literis, quæ de ordine Sanctissimi tu-  
 „e dataria prodeunt. clare præscribitur.

„Vacante itaque Ecclesia Parochialis  
 „quæ conferenda sit per concursum  
 „atque, hoc solitis formulis indicatis  
 „hæc, quæ sequuntur, ex sacre Con-  
 „gregationis sententia, consilio, in-  
 „sione servanda proponuntur.

„Primum nempe, ut assignentur  
 „eædem omnibus concurrentibus que-  
 „stiones, iidem casus, idemque textus  
 „Evangelii, super quo sermo  
 „aliquid perscribant, ad probandum  
 „dicendi pro concione facultatem.

„Alterum, ut casus, & quæstiones  
 „resolvendæ dicentur omnibus eodem  
 „tempore, atque omnibus pariter  
 „dem tempore textus Evangelii tra-  
 „datur.

„Tertium, ut certum, idemque  
 „omnibus spatium temporis constituatur,  
 „tur, intra quod casus resolvant, que-  
 „stiones



„ffionibus respondeant, conciunculam Sæc. XVIII.  
„componant „ A. C. 1721.

„Quartum, ut eodem concurrentes  
„omnes in conclavi claudantur, unde,  
„quamdiu scribent (dabitur enim om-  
„nibus scribendi copia) nemo eorum  
„egredi, neque alius quispiam eo in-  
„gredi possit, nisi postquam scripta con-  
„fecerint, & exhibuerint. „

„Quintum, ut omnes sua quisque  
„manu tam responsa, tum sermonem  
„scribant, subscribantque. Sextum, ut  
„responsa quidem latine, sermo autem  
„ea, qua ad populum haberi solet,  
„lingua scribatur. „

„Postremum, ut unumquodque  
„responsum, & unusquisque sermo,  
„cum ab unoquoque concurrentium ex-  
„hibebitur, non solum ab eo, qui scri-  
„psit, atque a Cancellario concursus,  
„verum etiam ab examinadoribus, &  
„ab Ordinario, vel ejus Vicario, qui  
„conkursui interfuerint, subscribatur.

„Peracto secundum hanc formulam  
„conkursu, collataque ei, qui magis  
„idoneus, ac dignior judicatus fuerit,  
„Ecclesia Parochiali, non admittatur  
„Appellatio, aut a mala relatione exa-  
„minadorum, aut ab irrationabili ju-  
„dicio Episcopi, nisi intra decem dies  
„a die collationis interponatur. „



Sæc. XVIII. „Siquis autem hoc intra spatium

A. C. 1721. „appellaverit, actaque concursus peat

„ad iudicem Appellationis transferet

„da, mittantur vel acta ipsa originalia

„conkursus clausa & obliqnata, vel

„certe unum aliquod authenticum ex

„rum exemplum, a Cancellario con

„curius, atque altero Notario colla

„tum & auscultatum corum Vicario

„vel alio in Ecclesiastica dignitate con

„stituto, quem eligat Ordinarius, s

„quem etiam Notarii Cancellario ab

„jungendi electio pertinebit, necnon

„ab examinadoribus synodalibus, qui

„conkursui interfuerunt, subscriptum.

„Ex quibus actis vel authentico ex

„rum exemplo nisi gravamen, quod

„doctrinam probet is, qui sic, ut pre

„mittitur, examinatus, aut a mala re

„lacione examinadorum aut ab irratio

„nabili iudicio Episcopi appellaverit

„novum ad examen provocandi facti

„tatem a sacra Congregatione frustra

„postulabit.

„Quemadmodum, & in iudicio Ap

„pellationis prosequi Jus suum frustra

„tentabit is, qui forte se gravatum de

„leat quoad reliqua, nisi interposit

„mature, ut dictum est, Appellatio

„ab irrationabili iudicio Episcopi, gra

„vamen quoad illa ostenderit vel et

„actis primi concursus, vel saltem et

„at



„attestationibus, & documentis extra-  
 „judicialibus etiam, sed non levibus., Sæc. XVIII.  
A. C. 1721.

Agitabatur etiam in Congregatione  
 a summo Pontifice specialiter indicta  
 gravis hæc quæstio, *an ad tramites*  
*sacrorum Canonum, sacrique præsertim*  
*Concilii Tridentini possit inferior Prælati*  
*territorium separatum & jurisdictionem*  
*ordinariam & quasi Episcopalem in Clerum*  
*& populum cum ipsius Episcopi exclusione,*  
*in aliquo speciali loco acquirere per quadra-*  
*genariam præscriptionem unacum titulo co-*  
*lorato?* Post maturum igitur & dili-  
 „gentissimum hujus quæstionis examen  
 „unanimi suffragio die decima quarta  
 „Januarii responsum est, non posse, sed  
 „pro acquisitione territorii separati,  
 „prædictæque Jurisdictionis omnino re-  
 „quiri, aut clarum, & undequaque  
 „subsistens Apostolicum Privilegium  
 „aut consuetudinem immemorabilem  
 „cum suis omnibus requisitis rite pro-  
 „batam, per quam Apostolicum Privi-  
 „legium de jure præsumi valeat. An  
 „autem admissio vero Apostolico Privi-  
 „legio, de sui natura apto, ad separa-  
 „tionem territorii, & concessionem Ju-  
 „risdictionis Ordinariæ, quasi Episco-  
 „palis in Clerum & populum cum ex-  
 „clusionem Episcopi in aliquo determi-  
 „nato loco, sed aliquam rationabilem  
 „dubietatem, aut disputationem ad-

P 4

„mit-



Sæc. XVIII. „mittente, subsequens uniformis qua-  
 A. C. 1721. „dragenaria, aut per alium legitimum  
 „tempus continuata observantia favens  
 „Prælato inferiori in qualibet actu  
 „specie ordinariæ, & quasi Episcopalis  
 „Jurisdictionis, deservire valeat pro  
 „dicti Apostolici Privilegii interpreta-  
 „tione, prædicti Eminentissimi Domini  
 „& RR. PP. dixerunt id dependere a  
 „singulis casuum & factorum circum-  
 „stantiis, & sic dandum esse respon-  
 „sum a suis iudicibus super hac re in  
 „casibus particularibus. „

Hanc Congregationis decisionem  
 Pontifex præfata die approbavit. Præ-  
 terea decretum sequens promulgari ius-  
 sit: Sacra insuper Rituum Congregatio  
 annuente Innocentio XIII. die vigesima  
 Decembris indulgit, ut Officium pro-  
 prium SS. Nominis Jesu jam aliquibus  
 Provinciis concessum, deinceps ab om-  
 nibus Christianis tam Sacerdotibus  
 quam Regularibus utriusque sexus, qui  
 ad horas Canonicas tenentur, sub ritu  
 duplici secundæ classis, Dominica se-  
 cunda post Epiphaniam recitari, &  
 Missa celebrari valeat: ubi observan-  
 dum, quod *sequentia* in hac Missa, he-  
 cet in pluribus Missalibus impressa ce-  
 natur, non tamen dicenda sit, nisi in  
 FF. Minoribus S. Francisci, tum quia in  
 concessione Jesuitis Anno 1701. prima  
 Octo



Octobris facta diserte dicitur: *exclusa* Sæc. XVIII.  
*tamen sequentia*, tum quia in hac uni- A. C. 1721.  
 versali Officii hujus extensione Missa  
 Romæ impressa non habet præfatam  
*sequentiam*.

§. L.

*Sectariorum tolerantia in Hungariæ  
 Regno extorta.*

Ab eo temporis articulo, quo Calvinii *Hist. Univ.*  
 ac Lutheri secta Hungariæ Regnum *tom. 8.*  
 infecerat, omnia bellis, seditionibus, cæ- *Period. II.*  
 dibusque erant turbata; quamvis enim *cap. 1.*  
 Catholici Proceres jam anno Christi *pag. 561.*  
 millesimo sexcentesimo sexto Regnante *Hist. Chron.*  
 Rudolpho II. Imperatore ac Hungariæ *contr. l. 17.*  
 Rege palam & solemni pacto declara- *pag. 793.*  
 rint, atque ex publicis Regni legibus  
 comprobatum reddiderint, nullum om-  
 nino Sectarium esse tolerandum, nihil-  
 ominus Anno 1616. Calvinistæ & Lu-  
 therani in Viennensi conventu sectæ li-  
 bertatem (sine tamen Catholicorum præ-  
 judicio) armorum vi extorserunt, his ta-  
 men minime contenti, ut suas sectas latius  
 extenderent, partim Ragotfiis, Tecke-  
 liis, aliisque rebellibus sua junxerunt  
 arma, partim Turcis in rebellionis sub-  
 sidium evocatis omnia susdeque verte-  
 runt, & quidem Anno 1662. contra  
 Turcas suppetias ferre, pertinaciter  
 detrecta-

P 5

detrecta-